

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XVII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

C A P U T X V I I .  
 DE REMORA & SCARO  
 M A R I N O .

**R**emeram naves remorari , & veteres credidere , & modernis demonstratur exemplis . Navem Francisci Cardinalis Turonensis , cum aliquando è Gallia maritimo itinere pergeret , ferunt , narrante Petro Melara Bononiensi , in medio detentam cursu : causam multi inquisivere , nemo certam reddidit . Propter officium sunt immobilia quædam semper , ut polli : quædam ratione loci , veluti terra pars , quæ est in centro . Nunquam enim movebitur naturaliter . Contrà , officio quædam semper mobilia , ut Cœlum , quædam natura loci , ut flumina . Ita quibusdam movendi est facultas , ut magneti ; contraria quibusdam , ut Remora . Quia vero ratio reddi nequit , cur calorí adveretur frigus ; ita ne in illis quidem , cur ea quæ principia in se habent effectiva motus , moveant ; quæ quietis , facient quiescere . Keckermannus humoris frigido à Remora fuso adscribere videtur , qui aquam circa gubernaculum conglaciens . *in Dijbus. Physcis. Scarorum* solum ex omnibus piscibus ruminare , author est Aristoteles l . 2 . Hisb . cap . 17 . Inclusum nassis non fronte erumpere , sed aversum caudæ istibus crebris laxare fores , Ovidius testatur . In Creta eos assalti veru per os tranfixo , ibidemque eorum ventriculos delicatioribus cibis refertos piscatores liguriunt , jecinora simul , quæ prægrandia & sine ullo felle , excrementa que addito sale & aceto conterentes . Bellonius .

C A P U T